LACTANTIUS

Oberitalien, 2. Drittel 15. Jh. (nach Wasserzeichenbefund) Seite 80r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31239
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">>

que nihil veri ac solidi ostentant: sed in ac potestate celesti: que iam pridem
ppliis ammirantibus canebantur: Que opera tam multa sunt: ut uno
liber ad complenda omnia satis non sit: Enumerabo igitur illa breuiter atq; ge
neratim sine ulla psonarum ac locorum designatione: ut ad exponendam pas
sionis crucisq; rationem possim puenire: quo iam dudum festinat oratio:
Virtutes eius fuerunt: quas appollo portentificas appellat: Quod quacuq;
uter faciebat: egros ac debiles & omni morborum genere laborantes uno uerbo u
noq; momento reddebat incolumes: adeo ut membris omnibus capti re
ceptis repente uiribus roborati ipi lectulos suos reportarent. in quibus fuerunt
paulo ante delati Claudis vero ac pedum vitio afflictis non mō gradiendi:
sed & currendi dabat facultatem: Tum quoq; ceca lumina in altissimis tenebris
erant: eorum oculos in pristinū restituebant aspectum: Mutorum quoq; lin
guas in eloquium sermonemq; soluebat: Item surdorum patefactis auribus
insinuabat auditum: sollutos & aspros maculis repurgabat. & hec omnia
non manibus aut aliq; medela: sed uerbo ac iussione faciebat: Sic & Sibilla
predixerat:

Nec mirum unq; q uerbo faceret mirabilia: cum ipe ess & dei uerbum ce
lesti uirtute ac potestate subnixum: Nec satis fuit: q uires imbecillis
redderet: q debilibus integritatem: q egris & languentibus sanitatem:
nisi & mortuos suscitaret: uelut e somno solutos reuocaret: ad uitā:
que uidentes tum iudei demoniaci potentia fieri arguebant: Cum oīa
sic futura: ut facta sunt: archane illorum trē continebant: Legebant quippe
& tū aliorum ppliarum. tum sue uerba dicentis: Confortamini manus re
solute & genua debilia consolamini: Qui estis pusilli animo. nolite timē
nolite metuere: Deus noster iudicium retribuet: Ipse uenient & saluos
faciet nos: Tum aperientur oculi ceco rum & aures surdorum audient: Tum
saliet claudus: uelut ceruus: & plana erit lingua mutorum: Quia rupta
est in deserto aqua & riuus in terra sitienti: Sed & sibilla eadem cecinit.
his uersibus:

Ob has eius uirtutes & opera diuina cum magna illum multitudo seqret.
vel debilium. vel egrorum. vel eorum. qui curandos suos offerre cupiebant:
ascendit in montem quendam desertum: ubi adoraret: ubi cum triduo
moratus esset ac fame pplus laboraret: vocauit discipulos suos querens
quantos cibos secum gestarent. At illi quq; panes & duos pisces in pera se ha
bere dixerunt: Afferri ea iussit: ac multitudinem p quinq;genos distributam
discubere: quod cum discipuli fecerunt: frangebat ipse panē minutatim.

Mirifica xpi opa summati exponit:

Omnia uerbo faciens omnemq; egritudinem curans:

Mortuorum rsurrectio erit. & claudorum cursus velox. & surdus audiet. & ceci uidebunt. & muti loquentur: &:

Pera